

verba condolentia de morte ducis et eius comendatione. Rogando et hortando omnes ad bonam dispositionem et ut orent Deum pro bono duce.

Postmodum in eo consilio partes ponuntur de regimine ducatus committendo Consiliarjs et capitibus de XL. Et de quinque sapientibus eligendis ad correctionem promissionis ducis. Firman- tur quoque ordines spectantes ad electionem ducis. Quibus omni- bus confirmatis et curiis palatii inter dictis usque ad creationem ducis licentiantur omnes de consilio, minores annorum XXX com- pletorum eo quod in ordinibus ipsis cavetur quod nemo a XXX annis infra elector esse possit in aliqua electionum. Quibus rece- dentibus per remanentes in consilio eliguntur V sapientes pre- dicti pro correctione promissionis qui illico subintrant cameram palatii nec de sala majoris consilij recedunt nisi ad eundem ad a- rengum. Et quando omnia fuerint in maiori consilio et in concione publica confirmata, recedunt. Qui sapientes per duos eorum ad ad minus ponere possunt partes in consilio. Et consiliarj et capita si eis similiter partem ponunt.

Revocatum
1423 die
7 aprilis.

(Quibus expeditis ponitur pars de vocando arengum pro laudandis et confirmandis promissis et de promissione et aliis pertinentibus ad ordinem electionis ducatus. Et quia Gastaldio sit syndicus adjurandum in animabus omnium de Venetiis habe- re in ducem et Rectorem illum qui erit electus secundum ordi- nes ante dictos et promittendum eidem Duci servare secundum suam promissionem. Quo facto pulsatur arengum, quod sonat tribus vicibus cum omnibus campanis in simul sonantibus non per cordam et mittitur prece qui in Rivoalto et platea publica ipsum et omnes invitat ad illud. Et sonat etiam majus consilium ut omnes veniant ad arengum. Et a tertium sonum arengi re- cedit major consiliarius in palatio. Et pergit in Ecclesiam super pergolo cum quinque sapientibus antedictis. In qua ecclesia sunt nobiles et populus Venetiarum in multitudine congregati. Ubi idem consiliarius recitat verba de obitu ducis referendo eius plerisque sue laudes et praeconia ac hortando omnes ad bonam dispositionem et quod orent Deum pro bono duce. Et ipse et alii deputati ad regimen terrae intendentes ad provisionem novi ducis juxta sanctiones terrae primo elegerint quinque nobiles ibidem presentes ut providerent et consulerent super correc- tionem promissionis duci pro bono terre. Qui tamquam multum